

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Medit. III. De Perseverantia Religiosi vel Sacerdotis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

Religiosus persuadeat sibi quotidie, se eo primum die iste pere.

Quartum est, quia vires dæmonis nihil adeo infringit, & fraudes illius eludit, ac ista renovatio; neque enim hinc diu possunt infidiae, ubi tanta Vigilantia reperitur; neque ullum magis timendum est prælium, quam quod cum exercitu restaurato suscipitur.

## Punctum III.

Perpende, quæ media adhibere debeas ad fructum ex renovatione reportandum Tria suadeo.

Primum est, ut tantam de illius necessitate & utilitatem estimationem concipias, ut per nullum negotium ab ea impediti te sinas; aut certè, si præfijo tempore eam institueris non potes, quam primum occasio dabitur, eam suscipias.

Secundum est, ut executionis, quam in ejusmodi renovatione decernes, substantiam ad pauca quedam, sed fundamentalia capita reducas, ne animus multitudine decretorum obtutus, minus aptus fiat ad eorum executionem urgendas.

Tertium est, ut in curandis vitijs, virtutibusque plantardis, compendiosorem, solidioremque viam teneas. Quod facies, si vitiorum radices inquirere, & excindere studeas, et virtutibus verò illas præcipue feligas, quæ velut fundatum ad reliquas supponuntur, ut sunt charitas, devotio, beatitudo, militia, obedientia, patientia &c.

## Pro VIII. Die.

## M E D I T A T I O III.

DE PERSEVERANTIA RELIGIOSI, VEL  
S A C E R D O T I S.

## Punctum I.

**C**onsidera I. Quam necessaria sit hæc Virtus Religiosi, vel Sacerdoti, cùm ipse Christus satis disertè pronuntiavit: *Nemo missens manum ad aratrum, et recessiens raro aptus est regno DEI. Luc. 9.* Clarius autem adhuc Math. 10. dum dixit: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Hinc rectè S. Hieronymus, *Non quaruntur, inquit, in Christo.*

Christianis (quanto minus in Religiosis & Sacerdotibus) initia, sed finis, & perseverantia. quia scilicet frustra & laciter currat (ut bene S. Gregorius notavit) qui prius, quam ad metam venerit, deficit.

Considera II. Si, quanto pluribus, pretiosioribusque meritis est onus tua navis, tanto magis solicitus est Navarchus, ne in portu naufragium faciat; quantum curam perseverantie habere debeat Religiosus, ne tot annorum merita amplissima facto in fine Vitæ naufragio amittat.

Considera III. Cum S. Bernardus in quadam Epistola dicit, Diabolum soli perseverantiae invidere, quam solam novit à Domino coronari, quantum ille conatum sit adhibicetus, ut hanc tibi virtutem cripiat, quæque adeò tu vicissim industrias adhibere debeas, ne tam necessarij doni ac virtutis jacturam facias. Colloquium ad SS. Patronos.

### Punctum II.

Considera II. Quæ maximè media conducant ad perseverantiae donum obtinendum, tria præcipue suadeo; Primum est constans cultus Christi passi, B. V. & SS. Patronorum; quia de B. V. S. Bernardus dixit: *Sicut a te aversus & despatiu necessere est, quod pereat, ita ad te conversus, & a te reflectus impossibile est, quod pereat.* Secundum est misericordia erga defunctos; quia S. Hieronymus intrepide dicere auctor est: *Nunquam me pini, me legisse, malam morte defunctum esse, qui libenter opera charitatis exercuit; habet enim multis intercessores;* & impossibile est, multorum preces non exaudiri. Tertium est, frequens renovatio spiritus, singulis annis, mensibus, hebdomadis, imò etiam diebus singulis saltem in examine peracta, vix enim fieri poterit, ut in via deficiat, qui vires suas per dictam renovationem utiliter, ut suppono, roties renovabit.

Considera II. Quam facilitia juxta ac efficacia sunt hæc media, quamque, quod multò magis de Christo dici poterit, Sanctis vero cum proportione accommodari; adeò meritò illud servorum dictum ad Naaman Dominum tibi applicare possis, & dicere: *Si rem grandem tibi præcepisset Deus (ad perseverantiae donum obtinendum) certè facere debueras,*

quoniam

quanto magis, quando tam facilis, suaviaque media tibi prescripsit, ea detrectare non debes?


Considera III. Quomodo deinceps haec media in præduducere, & cum S. Paulo cursum consummate, fidemque servare velis, ut repositam justitiam coronam suo tempore cipias. Colloquium ad B. V.

### Punctum III.

Considera I. Quibus potissimum infidis & attributis demon conetur perseverantiae virtutem eripere; Tria præcipue capita invenies, quæ non parum perseverantiae sunt iniunctiva. Primum est, nimia de se, suaque sanctitate astimatio; quo certè vicio non paucos subegit diabolus, & in interiorum præcipitavit. Secundum est, negligentia in minoribus peccatis cavendis, & initijs tentationum supprimendis; Unde, qui spernit modica ista, paulatim decidit in suam. Tertium est, consideratio anxia superstitum laborum, unde tedium inchoatae vitae, & tandem omnino redditus a mundanas delicias oritur.

Considera II. Quibus remedij triplici huic Dæmoni astui, conaturque occurrere velis, videlicet primo concependo salutarem timorem, juxta illud Apostoli monitum prostat, videat, ne cadat. Hinc S. Bernardus l. 5. super Cart. In veritate, inquit, didici, nihil aquæ efficax esse ad gloriam promerendam, retinendam, recuperandam, quam omni tempore coram DEO inveniari, non altum sapere, si timere; deinde firmissimum concipiendo propositum, etiam minima peccata sedulò devitandi, principisque tentacionum obstandi, ne sero medicina paretur. Tandem de te in diem vivendo, illudque Poëta assiduo volvendo: Omnes crede diem tibi dñluxisse supremum. Aut certè illud Christi Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.

Considera III. An & quomodo haec remedia tu hactenus adhibueris, aut certè adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum &c.



ALL